Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift

venientem ponat. si ei propter amiciciam non tribuat.
Amicus inuitatus [?] deus. — propter improbitatem que poscit exhibeat. Amicus hic
est deus qui nos dilexit et unigenitum suum pro nobis
Amicus de uia veniens est animus noster — tradidit. Ab hoc media nocte panem petimus. dum
in tribulatione auxilium eius querimus. Et si nobis
Hora tribulationis — propter peccata nostra subvenire tardat. tamen si perseve-
raverimus. misericordiam suam nobis prorogat. Absque du-
bio autem nos exaudire noscamus. si instanti prece
petimus. si intenta mente querimus. si lacrimis pul-
samus. Qui enim patrem petit panem. nullo modo
ei lapidem dabit. et qui a patre piscem exigit. mi-
nime serpentem accipit. et si ovum poscit. numquam
Per panem caritas. — ei scorpionem porriget. Per panem qui cor hominis
Per piscem fides — confirmat. caritas declaratur. per quam homo vir-
Per ovum spes. — tutibus corroboratur. Per piscem qui fluctuum pulsu
nutritur. fides intelligitur. que procellis persecutionum
adherentia ducitur. Per ovum de quo fetus procreatur.
spes indicatur. per quam futura beatitudo speratur. Porro
Per lapidem duricia. — per lapidem duricia. per serpentem venenum ferum animal
Per serpentem malicia. — malicia. per scorpionem qui cauda percutit. acce-
Per scorpionem peccatorum vindicta. — pit [?] peccatorum vindicta. Qui numquam caritatem a deo postu-
lat. numquam eum in malis indurat. et qui fidem ab eo